



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Vers. 35. 36. 37.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

do esse, quod negabatur, id est, resurrectionem mortuorum apud Deum viuorum, talen quoque, cum confirmabat esse, qualis negabatur, virtus, scilicet, substantie humana. Neg, enim si nuptur res negatur, ideo nec resurrectionis demonstrauit. Filios autem per resurrectionem quodammodo nasci dixit. Et i. ad vxorem. c. Transfertur dicit in angelicam sanctitatem & qualitatem. Quod c. 62. contra Valentinianos exponit. Non dixit: erunt angeli, ne homines negaret, sed tamquam angeli, ut homines conseruaret. Errat tamen, dum angelis corpora tribuit.

§. 4. Deus etiam mortuorum dicitur Rom. 14. 9. non igitur conuenit Magistro & discipulo. Quoniam hic etiam mortuorum, ille vero tantum viuorum Deum esse pronuntiat. Respondeo. Non esse Deum mortuorum, quales mortui cesebantur a Saduceis: Corpore nimirum & anima. Spiritum enim, & angelos, & animas negabant, omnia interire cum morte arbitrati. At Paulus vocat Deum mortuorum, hoc est, vita terrenae defunctorum, secundum optimam sui parte viuentium. Chrysost. πῶς δὲν (pag. 615.) φησὶν ἀλλὰ χρὶς, ἵνα καὶ νεκροὶ ἵσταται καὶ ζήσονται. ἀλλὰ οὐκ ἐστὶν ἐν αὐτοῖς τὸ ζῆν. Quomodo igitur alibi dicit: ut & mortuis & viuus dominetur? Sed non est hoc illi contrarium: Hic enim loquitur de illis qui victuri erant. De resurrectione vide Iustini apologiam ad Iustinianum. Aug. de ciuit. l. 13. c. 20. & l. 10. c. 29. Epiphanius contra Appellianos.

§. 5. Cyprianus Episcopus. 27. de lapsis, ad mortuos spiritaliter accommodat. Absit enim, nec domini misericordia, & potestas eius inuicta patiat, ut Ecclesia esse dicatur lapsum numerus, cum scriptum sit: Deus non est mortuorum, sed viuorum.

§. 6. Occurrunt illi, qui resurrectionem mortuorum inficiantur, contra Dei sapientiam arguti, & aiunt. Deus Abraham dicitur, non iam viuens, sed eius qui olim Abrahamum defendit, & ab eo cultus est.

Respondeo. Inter viuos manere fœdera, itaque si Abraham non est, nec Deus est illius Deus. Iustin. apologia 1. pro Christianis. sunt igitur illi, quorum Deus se Deum nominare dignatur.

Athanasius de communi essentia patris & filii, pro Christi diuinitate hunc locum urget. Volens autem Saluator ostendere, quod non solum spiritus vocat, Christum Dominum, sed quod ipse Christus Dominus ac Deus sit, interrogatus hæc verba: præceptor quod est primum mandatum? dicit ei: diliges dominum Deum tuum, & scriptum est: Dominus Deus vnus est: secundum autem mandatum. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Tum responsum dedit Iudeus. Recte locutus es magister: Deum vnum esse. Hoc autem dixit ut Deitatem filii inficiaretur. Seruator autem volens dominatum suum, cum dominatu patris coniungere, percunctatur ex eo, de Christo quid sentiret, & cuius eum filium esse diceret, ita vertit interpret. In Græco est τὴν νεώτητα αὐτῷ συνέλπει τὴν ἀρετήν. Videtur tamen latina lectio esse melior.

Idem Athanasius de assumptione hominis secundum carnem esse Davidis filium, secundum diuinitatem filium Dei in virtute, & Davidis dominum.

§. 7. Epicuri sententiam esse, quam Saducei propugnabant, constat. Tert. de resur. carnis c. 1. p. 677. Nihil esse post mortem Epicuri schola est, ait & Seneca omnia post mortem finire, etiam ipsam. Deinde vero addit: si vero & apud aliquos scita est, Epicureis magis affinis, quam prophetis, scimus quid audiant a Christo Saducei. Alios deinde nominat Saduceos partiaris sententiae illorum.

Hic partiaris vocat sententiae Saduceorum, alios Saduceos, Marcionitas & Apellitas, vt l. 3. aduers. Marcion. Cum partiaris erroris cui Iudeis. Adiungendi illis Basilides, Valentinus, Saturninus, Ophites, Carpocrates, Marcus Colarbalus, Cerdo.

Dimidiam eos resurrectionem agnoscere dicit: solum animæ, aspernatos carnem, sicut & dominum carnis. Ideo etiam Christi carnem negauerunt, & eos vocat alterius diuinitatis hereticos, quia præter Deum creatorem fingebant alium Deum, patrem Christi.

Vide præscript. aduers. heret. c. 46.

Hæc ergo hæreticis, Herodianis, & deterrimis philosophorum communia fuerunt.

VERSUS 35. 36. 37.

Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum: Magister, quod est mandatum magnum in lege? Aut illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua.

QUESTIO I.

An lex caritatis seruari possit?

§. 1. Saduceos semper æmulos, & inimicos, cum Spudore discessisse gaudebant Pharisei, & sibi insigne argumentum contra acres disputatores supeditatum. Quomodo ex toto corde Deum diligere, & qui caritatis sint gradus, docet Bellarm. lib. 1. c. 6. de amissione gratiæ, & statu peccati. Pelagiani docebat, posse perfectè hanc caritatem seruari. Catholici distinguunt: Triplex est perfectio. Prima, nec semper actu diligentium, ut beatorum: hæc excludit omne peccatum. Secunda, Dei causa omnia deferentium, sequi illi deuotionem: hæc est consilij, non præcepti perfectio. Tertia, omnia deferere paratorum potius, quam Deum offendere, hæc præcepti est. Nec secunda, nec tertia excludit omne peccatum, sed tantum crimen, quod caritati ita aduersatur, ut cum ea nequeat consistere. Quotidiani autem sanctorum defectus amicitiam, quæ homini cum Deo est, non abrumpt.

Pareus dum cæcus contra Bellarm. fertur. valde magnam Caluinismo plagam imponit. Assumptio in obiectione Pelagij hæc est: Sancti debent & possunt esse perfecti in hac vita. Probat: id enim præcipit Deus. Quod verò præcipit Deus, id debent sancti præstare, & quia non frustra præcipit, possunt. Responso Parei. Intelligendam assumptionem de perfectione secundum quid. Deinde ait: præcipitur quidam perfectio absoluta, ad quam velut ad scopum indices contendamus, sed non sequitur, quia præcipitur, quod in hac fragilitate obtineamus. Argumentum hinc solidum in Caluinistas ducitur. Cui sancti in hac vita debere & posse perfecti esse dicuntur, intelligitur perfectio secundum quid, eaque præcipitur, non prima illa, quæ est angelorum, & beatorum, solum. n. præcipitur, ut ad illam contēdamus, non ut hic possideamus. Nisi dicat etiam multos ea causa damnari, quia non sint perfecti sicut angeli, & beati. Non igitur propriè præcipitur, ne sit villa concupiscentia, ne vllus delicti motus innitit obrepat, ne vnquam mens ab actuali Dei dilectione deflectat, sed illa ut scopus ostenduntur. Non ergo illæ sunt ἀρεταί, quæ non contra τὸν νόμον, aliud. n. non exigit νόμος, quæ perfectione secundum quid. Aut igitur Pelagij argumentum non soluit, aut soluendo suam hæresin destruit.

Neque verò illud parum momenti habet, quod adiungit de perfectione graduum & partium. Maior est, inquit, vera de perfectione graduum, minor de perfectione partium. Itaque hæc vera est. Sancti debent, & possunt esse perfecti, perfectione partium, non perfectione graduum. quid verò est perfectio partium? quid perfectio graduum? Carechismus eius q. 117. perfectio graduum est perfectus obedientiæ gradus quæ lex requirit. Perfectio partium est initium obedientiæ, & opponitur hypocrisis.

Quid

Gradus caritatis

Perfectio graduum & partium

Quid igitur sanctis in hac vita præcipitur? perfectio partium, hoc est, fuga hypocrite, & inchoatio obedientie. Quid non præcipitur? perfectus obedientie gradus, quem lex requirit. Hæc sanè cum illis consistere non possunt, quæ de minimis peccatis æternum damnandis, de impossibilitate legis, de omnibus operibus naturæ malis iactare consueverunt.

§. 2. Lutherus, Melancthon impossibile aiunt mandati huius observationem, eosque cuncti pene sequuntur. Sed ratio repugnat & scriptura. Summa enim tyrannis est, imperare, quod scias fieri non posse. Augustinus de naturâ & gratiâ cap. 43. Non igitur Deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis. Et de tempore scim. 62. & de Caritis ser. naturâ & gratiâ c. 63. Tyrannis enim est, quæ fieri non possunt, sunt, imperare, & penas exigere.

Iustinus diaiog. contra Tryphonem ostendit naturæ conuenientem esse illam Dei legem. Nam ait gentes etiam non ignorare iniuste se agere, cum in hanc legem committunt, exceptis illis, qui τὰς ἐν νόμῳ ἀπολαύουσιν, καὶ οὐκ ἐστὶν ἡ ἀπολαύουσα ἡ φύσις, ἰδὼν δὲ ἐστὶν ὅτι τὸς μὴ τὰ δυνάμει βολόμενος, ἀπὸ τοῦ τοῦ ἀλλοῦ ἀλλοῦ, ὅτι ἐν συνειδήσει ἐξ ἑαυτοῦ ταῦτα οἰοῦντος ἀπολαύει ἀπὸ τοῦ ἐξ ἑαυτοῦ. Naturales notionem perdidit, potius vero exstinxerunt, vel detentas habent. Videre enim est, & eis quæ ea pati nolunt, quæ aliis ipsi faciunt, & conscientis hostilibus probro se obiciunt, quæ ab aliis committuntur. Quapropter, addit: pulchre videtur mihi dictum à Domino, & Salvatore nostro Iesu Christo: duobus præceptis impleri omnem iustitiam, & omnem religionem. Sunt autem ista: Diliges Deum tuum, &c.

Opera verū
Christianū
faciunt.

Quia calumniatoribus ille eadem animositate obicit, quod olim Christus, & amorem Dei possibilem astruit. & apol. 2. requirit vitam professioni consentaneam. οἱ δὲ αὖ μὴ ἐνείκωνται βίοντες ὡς ἐδίδαξε, ὡς οἱ θεοὶ μὴ ὄντες χρεῖσται, καὶ λέγοντες ὅτι γὰρ ἡμεῖς τὰ χρεῖς δίδαγματα. Qui vero deprehenduntur non ita vivere, ut docuit, cognoscuntur non esse Christiani, et si linguâ Christi doctrinam profiteantur.

Deinde demonstrat Deum operibus, & caritate colendum, quia bonus sit. Addit Nazianzenus oportere esse caritatem proximi comitem. Sicut enim nec corpus sine animâ, nec hæc sine corpore est homo: ita nec dilectio Dei sine caritate proximi, vera caritas esse potest. Ex quo ostendit etiam Iustinus, non probari sibi eos, qui Christiani sunt μετὰ τὸ λέγειν, ἀλλ' ἐν πράξει, solâ professione sine operibus.

§. 3. Calvinus libro 1. institutionum c. 3. §. 83. etiam hanc doctrinam partem corrumpit. Cum enim dicit dicat Apostolum totam sanctorum perfectionem in caritate ponere, Eâ totam legem comprehendit Rom. 13. Eph. 1. Galat. 3. Certum tamen, ait, in lege & Prophetis primum locum tenere fidem. At quid ad Paulum respondebimus dicentem: maior autem horum est caritas. Quid Christo respondebimus: qui ex caritate legem & prophetas pendere pronuntiat? Non est in lege aut prophetis quicquam maius eo ex quo dependent. Fides necessario præcedit, at non est præstantior illo, quo illa, & omnia comprehenduntur.

Tertullianus l. 5. c. 14. contra Marcionem, rectè & solidè probat, legis auctorem esse Deum, qui est Evangelij. Merito itaque totam creatoris disciplinam principali eius præcepto conclusit: Diliges proximum tuum tanquam te. Hoc legis supplementum si ex ipsa lege est, quis sit Deus legis iam ignoro. metuo ne Deus Marcionis.

Vide etiam Epiphani. contra Marcionem confut. §. ubi similitudine vitur. Diligi Deum ex corde toto in martyrio docet idem Tertullianus. Proprie (p. 994.) enim martyribus iam nihil reputari potest: quibus in laqueo

ipsa vita deponitur. Sic dilectio operis multitudinem delictorum, quæ Deum sicut diligens ex totis viribus suis, quibus in martyrio decertat: ex totâ animâ suâ quam pro Deo ponit hominem martyrem excudit.

§. 4. Amorem sui mandare vnicuique, nihil necesse erat. Nimirum enim fere, quilibet se deamat. Eo tamen nos amore diligere iubemur, ut salutem nobis æternam non optemus modò, sed ea etiam adhibeamus, quibus eam assequamur. Calvinus sophistas reprehendit, qui priores partes τὴν ἐκείνην concedunt, ut amor nostri sit regula amoris ergo proximum. Rationem reddit. Quia quem naturaliter effectum trahimus ad nos ipsos, eum ad alios transferit.

Respondeo. Errare sophistam illum, sed tamen, Non enim illum affectum, quo nos ipsi diligimus, ad alios transferre, sed eâ sinceritate, affectu, alacritate, solitudine nos ferri ad benefaciendum proximo vult, quo erga nos ipsos sumus. Hæc igitur regula ponitur. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Et quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, vos facite & illis, à vobis vera caritas incipit, in primum definit. Amor nostri, regula est amoris in proximis. Quin vero amorem nostri, normam amandi proximi facimus, non de vitiosa φιλαυτία intelligi, sed de caritate quâ suâ quisque incolumitatem excutit ratione, & gratia diligit, accipi volumus. Est etiam amor sui quidam naturalis, nullo modo vitiosus, de quo Seneca Epistola 6. Quid me hodie apud Hecatonem delectaueris, dicam. Quæris, inquit, quid profeceris? mihi mihi esse capi. Multum profecit, nunquam erit solus. Qui sibi amicus est, seiro hunc omnibus amicis esse optime sanè.

Nec sibi, sed toti gentium se credere munda.

VERSUS

40. noui

In his duobus mandatis uniuersa lex pendet & propheta.

QUESTIO I.

Quomodo ex caritate pendet uniuersa lex & propheta?

§. 1. Causam reddit, cur hoc præceptum sit maximum, quod ab eo uti primario cætera dependant, quod id prophetæ præcipue propositum habuerint. Omnia enim ad illud diriguntur. Qui enim diligit proximum legem impleuit. Rom. 13. & omnis lex in vno sermone impletur. Galat. 3. Augustinus lib. 1. qq. Evangelic. quæst. 33. exponit, quomodo ex illa lege omnia dependant: quo modo in omnibus lex ista seruetur legibus, & in omnium mandatorum transgressione lex charitatis violeetur. Quæ principium est finisq; mandatorum.

Summa igitur huius præcepti est dignitas, sine quo cætera ingrata sunt creatori, ideoque frustra, hoc præceptum, si obseruetur saluti sufficit. Sola enim caritas est, quæ inter filios Dei, & filios Diaboli discrimen facit.

§. 2. Non consequitur hinc, nullum esse peccatum veniale, ut Calvinus in Antidoto Concil. Tridentini sess. 6. c. 12. Quæro, inquit, an vllum sit omnino quamlibet leue peccatum, quod non legis obsequantia repugnet? quæ enim vitiosa cogitatio obrepet in hominis animum, si totius Dei amore occupetur. Non autem satis sit legi, nisi cum diligenter Deus toto corde.

Respondet Bellarminus lib. 1. cap. 12. de amissione gratiæ, & statu peccati. Respondeo, inquit, Diligite Deum ex toto corde duobus modis intelligi potest: vno modo, ut